



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Capvt XXIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

CAPVT XXIII.

VNC Iesus locutus est ad turbas, & ad discipulos suos, 2. dicens: Super cathedram Moysi sederunt Scribae, & Pharisei. 3. Omnia ergo quaecunque dixerint vobis, seruare, & facite: secundum opera vero eorum nolite facere: dicunt enim, & non faciunt. 4. Alligant enim onera graui, & importabilia, & imponunt humeris hominum: digito autem suo nolunt ea mouere. 5. Omnia vero opera sua faciunt ut videantur ab hominibus: dilatant enim phylacteria sua & magnificant fimbrias. 6. Amant autem primos recubitus in cenis, & primas cathedras in synagogis. 7. & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. 8. Vos autem nolite vocari Rabbi, vnus est enim Magister vester, omnes autem vos fratres estis. 9. Et patrem nolite vocare vobis super terram: vnus est enim Pater vester, qui in caelis est. 10. Nec vocemini Magistri: quia Magister vester vnus est, Christus. 11. Qui maior est vestrum, eris minister vester. 12. Qui autem se exaltauerit, humiliabitur. & qui se humiliauerit, exaltabitur. 13. Vae autem vobis Scribae, & Pharisei hypocritae: qui clauditis regnum caelorum ante homines, vos enim non intratis, nec introeuntes finitis intrare. 14. Vae vobis Scribae & Pharisei hypocritae: quia comeditis domos viduarum, orationes longas orantes: propter hoc amplius accipietis iudicium. 15. Vae vobis Scribae, & Pharisei hypocritae: quia circumsistis mare, & aridam, ut faciatis vobis profelytum. & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennae duplo quam vos. 16. Vae vobis duces caeci, qui dicitis: Quicumque iurauerit per templum, nihil est: qui autem iurauerit in auro templi, debet. 17. Stulti & caeci. Quid enim maius est, aurum, an templum, quod sanctificat aurum? 18. Et quicumque iurauerit in altari, nihil est: quicumque autem iurauerit in dono, quod est super illud, debet. 19. Caeci: Quid enim maius est, donum, an altare, quod sanctificat donum? 20. Qui ergo iurat in altari, iurat in eo, & in omnibus, quae super illud sunt. 21. & quicumque iurauerit in templo, iurat in illo, & ab illo, qui habitat in ipso: 22. & qui iurat in caelo, iurat in throno Dei, & in eo, qui sedet super eum. 23. Vae vobis Scribae, & Pharisei hypocritae: qui decimatis mentibam, & anethum, & cuminum, & reliquistis quae grauiora sunt legis, iudicium, & misericordiam & fidem. Haec oportuit facere, & illa non omittere. 24. Duces caeci, excolantes culicem, camelum autem glutientes. 25. Vae vobis Scribae, & Pharisei hypocritae, quia mundatis quod de foris est calicis, & paropsidis: intus autem pleni estis rapina, & immunditia. 26. Pharisee caece, munda prius quod intus est calicis, & paropsidis, ut fiat id, quod de foris est, mundum. 27. Vae vobis Scribae, & Pharisei hypocritae: quia similes estis sepulchris dealbatis, quae foris parent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia. 28. sic & vos, qui foris quidem pareis hominibus iusti: intus autem pleni estis hypocrisi, & iniquitate. 29. Vae vobis Scribae, & Pharisei hypocritae, qui edificatis sepulchra prophetarum, & ornatis monumenta iustorum. 30. & dicitis. Si fuissetis in diebus patrum nostrorum, non essemus socii eorum in sanguine prophetarum. 31. Itaque testimonio estis vobismetipsis, quia filii estis eorum, qui prophetas occiderunt. 32. Et vos implete mensuram patrum vestrorum. 33. Serpentes genimina viperarum, quomodo fugietis a iudicio gehennae? 34. Ideo ecce ego mitto ad vos prophetas & sapientes, & scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabit in synagogis vestris, & persequimini de ciuitate in ciuitatem: 35. Ut veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram, a sanguine Abel iusti usque ad sanguinem Zachariae, filii Barachiae, quem occidistis inter templum & altare. 36. Amen dico vobis, venient haec omnia super generationem istam. 37. Ierusalem, Ierusalem, quae occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluit? 38. Ecce relinquitur vobis domus vestra deserta. 39. Dico enim vobis, non me videbitis amodo, donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine Domini.

IN CAPVT VICESIMVM TERTIVM

ARGVMENTVM.

POST colloquia disceptationesque cum Phariseis, Scribis & Senioribus institutas, cum eorum contumaciam desperatam, & contra omnia monita, & miracula obstinatam demonstrasset, eorum vitia singulatim redarguit, ne auctoritate & vitae prauis exemplis populo obesse possent. Laruam enim pellium ouillarum lupis detrahit, ne pro libidine in caulas grassari possent.

Et primo quidem eos docendi munus ordinarij obtinuisse, & veluti Moysi legitimos successores audiendos monet; opera tamē eorum doctrinae nequaquam consentanea, esse fugienda: ut qui recta docerent, praua facerent, lingua sancti, mente & manu profani. Capita autem reprehensionis ista sunt. Alligant onera graui, quae ne digito quidem attingere sultinent. Si quid boni facere videntur, id tamē, non Dei causa faciunt. Superbiae autem & vanitatis indicia sunt, dilatio fimbriarum, ambitio in cenis, honoris in salutatione, & titulo cupiditas. Sequitur deinde alia grauiora, deuorant domos viduarum. Claudunt regnum caelorum, profelytos faciunt, & grauioris damnationis causam dant factis. Caeci sunt, duces caecorum minora custodiunt, magna negligunt, sepulchra dealbata sunt; prophetarum monumenta erigunt, sapientes & prophetas occidunt, ut veniat super eos omnis sanguis iustus. Tandem Ierusalem sanctorum sanguine oblitam inarepat, & filios eius sibi congregare volenti non parentem, praedicit periclitam.

A versu 29. ad finem vsq; legitur in Ecclesiâ Syriacâ, in ministerio, seu officio, seu statione secunda noctis, tertiâ hebdomadis passionis, & domini Stephani στέφανος demari E. Stephanus, hoc est, domini mei Stephani. Visitatum est enim apud Syros sanctorum nominib; hoc honoris vocabulum præponere. sicut dicunt Dominus Petrus, Dominus Paulus. Eratigitur in illâ Ecclesiâ θωσχμελεθθα thoschmeleththa. seruitus, seu statio S. Stephani protomartyris, stationem autem appellant, quod veluti serui coram Deo, & aulâ cœlesti sese sisterent.

VERSUS 1. & 2.

Tunc Iesus locutus est ad turbas, & ad discipulos suos, dicens: super cathedram Moysi sederunt Scribae & Pharisei.

QUESTIO I.

Quomodo Scribae & Pharisei sederunt super cathedram Moysi?

Vitia non
ordinem
Christus
reprehendit.

§. 1. **O**bservauit inter Latinos S. Cyprianus Epist. 69. Christum ita sacerdotum & doctorum vitia reprehendere, vt tamen functionem, ordinemq; non infirmaret, ex quo ille quoq; Episcopatu suo auctoritatem asserit. Apud Græcos eodem modo Chrysostomus argumentatur, & ostendit non deici illos officio, quantumvis vitiosos. Ita hunc in locum ἡν αὐτῶν ἐξήγε τὸ ἀρχιερέα, καὶ τοὺς πονηρῶν ὄντων, ὡς περ τὰ τοσαύτην καθήκοντα εἰπὼν· πάντα ὅσα ἂν λέγωσιν ὑμεῖς ποιέειν ποιείτε, καὶ ὅσα ἐὰν λέγωσιν, ἀλλὰ τὰ ἐγὼ οὐκ ἔχω ποιῆσαι· ἐννομετέγησε. καὶ σκοπὸς πόση περιττὴ μωρία κεζηται τιμῇ, πάλιν τὸ πρὸς τὴν παλαιὰν σύμφωνίαν ἐνδείκνυται. Sic igitur quâs nequâ essent, principatum eis confirmat, vt vel post increpationem, edixerit: facite quæcunq; illi vobis esse faciendâ confirmat: non enim sua, sed quæ per Moysen Deus imperauit prædicant. Tu autem considera quantum Moysi deferat honorem & se veteribus conuenire ostendat.

Doctores vi-
ta doctrinâ
consentaneos
esse debet.

Vita enim doctoris à doctrinâ ipsius discernendâ est, cum in promptu sit bona alijs consilia dare, cupiditatib; resistere arduum: ideo illud pene omnes, hoc pauci præstant. Hoc olim Philosophorum etiam vitium fuit, ita non parum vitiosus Plato in Timæo docuit. Σοφιστὴν οὐκ ὁλοῦν μέλει λόγων ἀποδεικνύμενοι τὴν ἀρετὴν, ἔργῳ δὲ παντὶ πᾶσιν ἀποκισμένοι. Sapientiam profuturam haud pauci verborum tenuis, virtutem docentes, factis omnino ab eâ semoti.

Cathedra
Moysi non
est sedes.

§. 2. Cathedram Moysi nullo modo interpretor eam, quam ipse in sedem: nec. n. credibile est, in Christi tempora seruata, & ad institutum parum faciebatur. Non enim auctoritas ex sede Phariseis aut nascebatur, aut crescebat. Itaq; non probo, quod nonnulli Moysi cathedram interpretantur suggestum ex l. 2. c. 8. 4. Esdræ: vbi ille stare in gradibus, & legem populo audiente pronuntiare dicitur. Stans enim ipse legit, non sedens. Errat itaq; Bucerus, cum monet Cathedram non significare auctoritatem Moysi, quâ abutebantur Scribae & Pharisei, sed locum ex quo Moysi legem populo prælegebant, & explicabant. Nec orthodoxi duntaxat, sed etiam sectarij aliter locum illum exponunt.

Cathedra
vocatio,
auctoritas.

§. 3. Cathedra igitur Moysi, est ordinaria ad legendam, interpretandamq; Dei legem vocatio, & ex vocatione auctoritas. Pharisei igitur & Scribae ad erudiendum in fide moribusq; Dei populum vocati erant, & eâ auctoritate, quam ordinariæ successione iure hereditabant, in Ecclesiâ subleuabantur, ita veteres Augustinus lib. 4. de doctrinâ Christiana c. 27. l. 16. c. 29. contra Faustum l. 4. de baptismo, contra Donatistas c. 11. Chrysostomus, Euthym. alijq; Chrysosto-

mus secuti; ita & noster Maldonatus, Barradius, deinde Iansenius, Carthusianus. Abulensis tamen ad docendi vocari cathedram arbitrat, vt sit cathedra Moysi ipsa prædicatio & expositio legis Moisaicæ, quæ tamen expositio non priuata præsumptionis, sed ordinariæ missionis fuit. Nec interpretationem illâ hæretici repudiant, quamvis ex illâ errores suos refutari sentiant. Zuinglius hoc loco: *Cathedram Moysi doctrinâ appellat, & prophetiam: hanc autem expositionem legis dicit.* Non enim legem Moysi tantummodo prælegere, sed illius sensum explicare, est prophetare. Eodem modo Caluinus. Phariseis nomen Pherusim impositum, q; in mylticum scripturæ sensum subtilis inquirent, in tradendo Dei cultu & sanctæ viuendi disciplinâ præcipuè eorum viguisse auctoritatem, rectè vires probos fuisse magistros, impijs operibus pessime vitam instituisse, quare ad eorum ora, non manus atrendendæ. Sedere autem in Cathedrâ Moysi definit, nihil aliud esse, quam ex lege Dei, tradere quomodo viuendum sit. Addit vero: [simul tamen legitima vocatio hic notatur: quia ideo scribas audiri iubet Christus, quod publici essent ecclesiæ doctores. Sedet ergo in cathedra Moysi, qui non ex seipso, vel proprio sensu, sed ex Dei auctoritate & sensu præcipit.] Hæc Caluinus. Latius eadem illa Benedictus Aretius prosequitur, vt ostendat, per cathedram ordinariâ vocationem signari. Et Erasmus notanter monet, sedere esse legere & interpretari. Quod accurate obseruandum est, vt postea ostendam. Hinc eorum ipsorum cõfessione cõuincuntur, vt concedant, in Ecclesiâ ordinarij esse à Deo scripturæ interpretandæ munus institutum, ideoq; illam nec natura sua omnibus planam facilem; intellectu esse, neq; eam prouinciam omnib; mandatam.

QUESTIO II.

An doctoribus Christianis ex Christi argumentatione auctoritas concilietur.

§. 1. **Z**uinglius inde conficit, sibi suisq; permisum, vt in Pontifices & sacerdotes inueharer. Caluinus, Papistis satis esse, ait, titulo pradiuocari. Verum illi more veterum hæreticorū lædunt sacerdotes, nos imitatione sanctorū eos defendamus: Cathedram, inquam, non vitia: quæ non omniū sunt, & quamuis plurimorum essent, non tamen cathedram euertent, licet plurimos contagionē inficeret. Obiciebant Augustino Petilianus & alij l. 2. c. 57. [Si cathedram, inquit Petilianus, vobis miseri vendicatis, vt a superius diximus, habetis illam profecto, quam Dauid propheta psalmographus pestilentie cathedram pronuntiavit: vobis enim iuste relicta est, quia in ea sancti sedere non possunt.] Planè quasi verba nostris hæreticis præiret.

August. respondit: *Et hæc non vides non aliqua esse documenta, sed vana conuitia. Hoc enim est illud, quod paulo ante dixi, Verba legis dicis, sed in quos dicis, non attendis: sicut Diabolus verba legis dicebat, sed cui diceret, non agnoscebat. Ille caput nostrum sursum ascensurum, deorsum voluit deicere: vos autem corpus eiusdem capitis, quod per totam terram diffusum est, ad exiguum partem vultis redigere. Certe ipse paulo ante dixisti, nos legem nosse, & legem loqui, sed in actibus erubescere. Dicis quidem ista nihil probans, sed ut si aliquibus probares, de his ceteris non præscriberes. Verum tamen si omnes per totum orbem tales essent, quales penitus*

penissime criminari, cathedra tibi quid fecit Ecclesia Romana, in qua Petrus sedet, & in qua hodie Anastasius sedet: vel Ecclesia Hierosolymitana, in qua Iacobus sedet, & in qua hodie Ioannes sedet, quibus nos in Catholica unitate conuenimus, & a quibus vos nefario furore separati? Quare appellas cathedram pestilentia, cathedram Apostolicam? Si propter homines, quos putas legem loqui, & non facere, nunc quid Dominus IESVS Christus propter Phariseos, de quibus ait: Dicunt enim, & non faciunt; cathedra, in qua sedebat, illam fecit inuariam? nonne illam cathedram Moysi commendauit, & illos seruato cathedra honore redarguit? Aut enim, cathedram Moysi sedent: quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, facere nolite: dicunt enim & non faciunt. Hæc si cogitatis, non propter homines, quos infamatis, blasphemareti cathedram Apostolicam, cui non communicatis. Sed quid est aliud, quam nescire, quid dicere, & tamen non posse nisi maledicere.

Quamuis exempla trahant in vitium, non tamen nomen, & ius doctorum perdunt, dum virtutem edocent. Vtque igitur mores sacerdotum doctrinæ aduerterent, non tamen eorum exemplo lasciuire fideles debent, multo minus cathedræ concessa illos excutere. Christus enim ideo audiendos docet, quia in cathedrâ Moysi federunt. Sunt multi inter Ecclesiæ veræ & orthodoxæ sacerdotes, qui salem infatigatum se ostendunt, filij sunt tenebrarum, serui inuitiles, nec tamen vocatione, nec officio excidunt. Constat sane Deum Euangelij sui præconibus arbitrij libertatem relinquere, eam naturalis infirmitatis sapientia ad malum inflecti, aliquando errore eligentium pessimos ad Doctoris munus assumi. Nec tamen sacramenta pollui, etiam grauib. sceleribus sit contaminatorum efficaciam pendere ab innocentia ministrorum. Fructum enim baptizantium existimabant baptizatos: quibus respondet Augustinus. l. 2. c. 2. contra Epist. Petilian. Si ita est, magnum malum Africa denuntiatur, si ut Operati pulli auerunt, quotquot Operatus baptizant.

§. 2. Non tamen eo se tueri possunt illi, qui nullam habent vocationem, & cum in maximis sint vitij, nonam etiam doctrinam adducunt, nec in Cathedrâ Christi sedent, & errores ex se fœdos vitæ turpitudine faciunt abominabiles. Explicuit egregie eam rationem P. Adamus noster Tannerus demonstrat. i. in anatomicâ Augustin. confessioni. p. 41. [Verum si loquamur de eo, qui non ordinari ac consuetâ hominum electione, sed extra ordinem ab ipso Deo (falli & fallere nescio, ac proinde non nisi dignum & aptum ad designatum munus electuro) eligatur ac destinetur, non ad communem, & veterem sed dei doctrinam tutandam: sed ad propriam ac nouam mundo inferendam, adeoque ad extinctam in mundo fidem reuocandam, ac restaurandam impossibile est, ut talis prudenter existimetur esse bis terve perditus, & impurus apostata, Deo & hominibus inuicem execrabilis, ut in argumento superius dictum est, ubi expressè locuti sumus, de aliquo extra ordinem a Deo misso, ad veram Dei fidem, fideique doctrinam collapsam in mundo restaurandam ac reuocandam, atque adeo ad nouam, & immediatè antea in mundo inauditam fidem disseminandam, & propagandam: quæ suam primam auctoritatem ab auctoritate & profeminatore suo accipere, vel tueri debet. Vt in nostro casu, cum de Luthero agimus, accidit. Ad huiusmodi enim nouæ doctrinæ, & fidei prædicatorum respectu illud Christi. Matth. 7. Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos, &c. Nō omnis qui dicit mihi Domine Adami Conzen in Euang. Tom. I.

Domine (etiam si nomen, & verbum meum centies multiplicet) intrabit in regnum cælorum: sed qui facit voluntatem patris mei, qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum. Hæc ergo nota est ab ipso Christo proposita dignoscendi eos, qui veluti prophetae noui nouam doctrinam, quasi diuinitus inspiratam iactantes, extra consuetam aliorum Doctorum ac Pastorum semitam post se alios abducere conantur. Hi si vitam diuinis legibus consentaneam non agant, si fidem Christi, quam verbis profitentur, factis perfidialiant, persuasissimum esse nobis debet, eos non nisi falsos Prophetas esse, utcumque vel millies interim diuina nomina verbumque ut aiunt purum putum Dei iactitent.] Atque adeo his ex vitij hæreses originem ducunt: neque enim, vitâ commendant errores, & de suo loquuntur, non quærunt quæ sunt Iesu Christi: hoc deteriores, quod etiam somnia sua tribuere Deo non verentur. De Luthero testantur Tigurini in confess. Germ. Propria cerebri figmentis usque, adeo illi placent, ut quotquot illa vi Dei oracula, ut reuelationes non suscipiunt, pro asinis habeant.

§. 3. Argumentum inuictum est apud Bellarminum l. 3. c. 5. & Iacobum Gretserum in eiusdem capitis defensione. Si enim audiendi successores Moysi, nonne audiendi etiam, & multo magis successores Petri? Obicit Witrakerus. Quædam rectè docebant, in his audiendos: non audiendos tamen fuisse per omnia: tum non errasse, cum secundum legem Moysi docebant. Hoc quidem verè ille docet: non errasse cum legem Moysi docerent: quod autem adiungit, quædam non rectè docuisse, perspicue falsum est: nam Christus omnia complexus est. Quæcumque dixerint, facite. Intelligit vero de publicâ auctoritate, quæ ex cathedrâ docebat cum suo Concilio summus Pontifex, quæ in doctrinâ non errabant. Priuatim multorum erant varij errores.

Quod vero Hunnius etiam publicam doctrinam viciolam fuisse arbitratur: in eo ipse vehementer errat. Publicè docebant multi errores, sed non publicè Ecclesiæ auctoritate. Quocirca non monet Christus, ut doctrinam examinent, quam ex cathedrâ doceant: sed ut faciant, quæ dicunt. Docebant quidem illi non audiendum esse Christum, eum eicere in Beelzebub dæmonia: sed priuatæ inuidiæ, odij, impietatis erant illa flagitia, non publicæ auctoritatis. Nec oēs Scribæ & Pharisei veritatem infallibili certitudine docebant, sed cum suo Pontifice coniuncti, ut nunc Conciliū cui Pontifex præsidet. Nec vilius est momentū Sibrandi obiectio: Inde enim concludere sibi videtur posse: Cathedram siue doctrinam Petri esse interpretationis regulam. At Christus ius & auctoritatē Ecclesiæ in controuersis decidendis, & doctrinam tradendam demonstrat, quod ne quidem in Phariseis & Scribis defecit. Nec cathedris aliorum Apostolorum idem est concessum priuilegiū: quia soli Petro dictum est: *Pasce oues meas.* Romana Ecclesia semper refugium fuit omnium vbiuis oppressorum, & index. Iulius testatur ut est in eius Epistola, apud Socrat. l. 2. c. 13. & Sozom. l. 3. c. 9. *ὅτι αὐτὸν ἱερέων, ὡς ἀντὶ ἀποδείξειν τὰ ἄλλα, γράμματα παραλύμενα τῶν ῥωμαίων ἐπὶ ἰσχύον.* Esset legem sacerdotalem, seu canonem Ecclesiasticum, ut irrita decernerentur, quæ præter sententiam Romanorum Episcopi acta essent. Et idem Iulius ad Athanasium. *An ignari estis consuetudinem hanc esse, ut primum nobis scribatur, ut hinc quod iustum est definitur?* Hinc apud Tertullian. de pud. c. 1. Pontifex Maximus, & Episcopus Episcoporum appellatur. Quos titulos inimicus ille recenset, non facturus, nisi in Ecclesia vtitur fuissent. Verum de his alijs pluribus.

Interim cum iam Christo præsentē, & sese clarè & euidenter ostendente filium Dei esse, ac Messiam

contradicerent, Cathedra Moſis deieſti ſunt, & Pontificem ipſe dominus egit, deinde Vicarium ſuum Petrum conſtituit, qui, Phariſeis & Scribis deinceps falſa docentibus, errores docere non potuit.

VERSVS 4.

*Alligant enim onera graua & im-
portabilia, & imponunt in hume-
ros hominum, digito autem ſuo no-
lunt ea mouere.*

QVÆSTIO I.

Quæ onera imponebant Scribæ?

§. 1. **G**raua ſagæ, & *δυσβάστατα*, portatu difficilia: quæq; ipſi digito mouere nolunt, pro *κνή-
ραι* Syrus habet, *דנקרין* denecrophun, quod eſt acce-
dere, tangere. Turpe vero doctõribus erat, quod ipſi
Gravia im-
ponebant,
vetera vr-
gendo, no-
ua adden-
do.
ſibi ſecuri omnia remittebant. cum non Dei cultus
modo, ſed naturalis etiam poſceret æquitas, vt legem
paterentur, quam ipſi tulerant. Duobus vero mo-
dis graua imponebant: nam legis antiquæ omnes
cerimonias rigidiffimè, inde ſanctitatis opinionem
aucupantes, exigebant: Sabbathum v. g. ſuperſti-
tiouſſimè colendum tradebant, non illo ſanari, non
iuuari quenquam ferebant, cum iumenta tamen ipſi
curarent. Phariſæi ſabbati obſeruatiõis documentum
in Synefio legitur, qui Iudæum in periculo re-
migare noluiſſe refert. Noua plurima addiderunt, ad
iuriſum vſq; gentilium, vt ſectos Herodis, vide Per-
ſium Satyra 5.

H. rodus venire dies, vñtäg, fenestrâ

Dispoſita pinguem nebula n. vomuere lucerna.

Sabbatis etiam factum ab illis liquet, Seneca Episto-
l. 95. *A cendere aliquem lucernam ſabbatis prohibemus: quo-
niam nec lumine diſegent, & ne homines quidem delectan-
tur fulgine.* Hæc Iudæi *κακοζυγία* domi uſurpabant,
occafione ex templo, in quo perpetuus ignis alebatur
accepta.

Nec hæc modo ad amuſſim exigebant, ſed fabulis,
rationibus falſis ad obſeruatiõem legis perſuaden-
dam abutebantur, cuius farinæ pleni ſunt libri Thal-
mudici, nugamenta enim illa poſtmodum in im-
menſum aucta ſunt. Legem vero Dei illis addita-
mentis ſædum in modum contaminabant, cuiusq;
auctoritatem eleuabant. Sic intelligo Theophy-
laſti, Haimonis, interpretationes. Euſi enim legiſ-
lator æterna Dei ſapientia fuit, & legis obligatio gra-
uis, onus tamen illius Scribæ interpretando aggraua-
bant, nec quam Dauid, aliiq; moderationem, admit-
tebant.

*Legem con-
tempnibile
faciebant.*

Onus vero difficulter portabile traditionibus, &
obſeruatiõibus nouis augebant, & miſeros iniuſto
ſub falſe premebant. Nam ſi tantummodo lotiones
corporum, vtreorum, calicum conſideremus, quan-
tam moleſtiam adſerebant? *Δευτερεύου* igitur additæ
veteri legi, pondus ingens adſerebant, & humeros
deprimebant.

*Mollities
ſcribarum.*

§. 2. Omnino autem grauiorem oneris portatio-
nem magiſtrorum mollities faciebat, qui ne digito
quidem ea, quæ præcipiebant, attingere conaban-
tur: nec enim pietatem, niſi ſuauem & deliciouſam
amplectebantur, imò omnem abdicantes timorem
Dei, auſerè conſcientiis dominabantur: ſimiles il-
lis noui Euangelij miniſtris, quos Aretius Calui-
nianus ait, *difſolutos, auaros, ebrios, adulteros, vanos*

ſſe, quos tamen audiendos in cathedrâ eſſe con-
tendit. Quâ quidem in re fallit, & fallitur. Non
enim in apoſtolica illi cathedrâ ſedent, ſed in
ſede peſtilentiâ, quam non ordinariâ, vel ex-
traordinariâ vocatione: ſed proſanâ curioſita-
te, apoſtaſiâ, hæreſeon deſenſione conſcende-
runt.

§. 3. Porro ligare idem eſſe, quod leges impone-
re ſatis conſtat: ideo enim culpantur, quod legibus
ſuis, quos negligebant ipſi, populos onerarent. Con-
cedunt hoc Sutilius, & Sibrandus, contra Bellar-
minum lib. 4. cap. 16. de Pontifice. Et Wittakerus,
ligare ſignificat legem imponere, ſator. Fatetur etiam hoc
à Chriſto in Phariſæis reprehendi. Et nos alio loco
expoluimus.

VERSVS 5.

*Omnia vero opera ſua faciunt vt ui-
deantur ab hominibus: dilatant
enim phylacteria ſua; & magnifi-
cant ſimbrias.*

QVÆSTIO I.

*Quomodo Phariſæos ſuperbia, & hypochriſis
conuincit?*

§. 1. **P**aradoxon videri poterat, quod omnis iuſti-
tia, ducibus & doctõribus legis Chriſti ſen-
tentia, detraheretur: orationes eorum longas vide-
bant, & ſimbrias religionis indices, decimationes
mentæ & ancti, ſimiliumq; rerum. At Chriſtus vt vno
verbo improbis illis laruam detraheret, & nuda eo-
rum vitia ſpectanda præberet, etiam bona illa, quæ
populus mirabatur, ſpeciem duntaxat virtutis ha-
bere demonſtrat: omnia enim ſuperbiâ, vanitate,
auaritiâ contaminata eſſe. Omnia enim non Dei cau-
ſâ faciebant, ſed *τῶν τοῦ θεοῦ δόξαι*, vt ſpectarentur ab
hominibus: Boni enim haberi, mali eſſe pergebant,
nec virtutem, ſed famam virtutis, & commodam ſpe-
ctabant, quorum theatrum homines erant, quibus
placere percipiebant. Quod itaq; maximi faciebat
populus, Chriſtus abominabile coram Deo eſſe de-
monſtrat.

§. 2. Dilatabant Phylacteria, & magnificabant
ſimbrias. Has diuinâ ferebant, vt Exod. 13. 16. vt legis
diuinæ recordarentur. Sic Deus præcepit Deut. 6. 4.
Num. 15. 38. & 39. 40. item Deut. 22. 12.

Phylacteria laminulæ ſunt, ſeu bractææ, & inter-
dum membranulæ, quas fronti, brachijs, manib. cir-
cumponebant, legis aliquam partem inſcribebant,
vt religioſi obſeruatores legis viderentur. Fimbrias
μεγάρτα Græci appellant, & quædam exemplaria
addunt: *ἡν ἰσχυροὶ ἀνδρῶν*, veſtium eorum. Has am-
plioris faciebant *hypocrita*, vt conſpectiores eſſent,
atq; adeo etiam, vt in Phylacterijs plura legis man-
data inſcribere poſſent. Fimbria Num. 15. dicitur
זִיזִית zizith. Epiphani. hæc. 15. Phylacteria è pur-
purâ eſſe exiſtimat. Toſtatus Phylacteria appellat, &
deducit à Phylaxe, & Thora, hoc eſt, lege cuſtodientiâ,
quaſi vero è Græcâ & Hebræâ voce amphibia dicto
conſtet.

De Phylacterijs vide Chryſoſtomum hoc loco.
*Quoniam ſunt hæc phylacteria & ſimbria: quoniam faciẽ ob-
nubiſſimorum Dei obliuſcebantur. idcirco Deus ſigna ſua in libellis
breuiſſimè inſcribi & manib. eorum appendi inſiſt. vnde di-
ctum eſt. nec remoueantur ab oculis tuis. Hæc phylacteria, id eſt
conſeruatoria, vocantur, ſicut multa multorum modis ſciant enan-
gelia ex: olo dependere: & vt aliud de in memoriâ reducantur,
quod*

quod dicitur, si crederet facere solent filo digiti strictius ligantes,
id dicitur, et in sanis est inquit facere. Byrcinthiam enim vi-
tam in extremitate vestis que ad talos est, assui precepit, ut at-
tentiore cura in indolentior recordarentur, hanc fimbriam ap-
pellant. In his igitur rebus diligenter, ligacula quibus libelli
dependunt, latiora, & fimbrias maiores faciebant: quod ex-
citant gloria proficisci videbatur. Quam enim ob rem hac in-
fatu: ad quia vertitur in id excimiam putes? vel quia aliquid
utilitatis in ea habitas? non enim in ista dilates, & magnifica-
facias, Deus precepit, sed vi signa & miracula eius memoria-
tiones. Quod si Eleemosyna arg. ieiunio, quo opera nostra effi-
cuntur, nullo pacto gloriarı oportet: quı inobrem his te pluri-
mum iactas, & Phariseis, quibus maxime tua desidia declarant:
illi vero non hinc solum, verum etiam ex aliis multo mi-
noribus morbum contrahant.

VERSUS 36

Omnia ergo quaecumq; dixerint vobis
seruate & facite: secundum opera
eorum nolite facere: dicunt enim
& non faciunt.

QVÆSTIO I.

An omnia faciendā, quæ Pharisei & scribæ
dicerent?

Pati modo Maldonatus, ea quæ ex Mose legitima interpretatione adferebant, non, quæ de suo arrehebant. Sic Augustinus intelligendus cum ait, Cathedram coëgisse eos vera docere, ita l. 4. de doctrina Christi, cap. 27. *Quoniam boni fideles, non quælibet hominum, sed Deum obedienter audiunt, ideo vtiliter audiuntur, qui etiam vident non agunt. Cathedra ergo non scribarum, sed Mosis cogeat eos bona docere, etiam non bona facientes: (us enim agebant in vita sua; docere autem sua; Cathedra eos non sinebat aliena. Et tractatu 46. in Ioann. Audite mercenarios ab ipso Domino demonstratos. Scriba, inquit, & Pharisei super Cathedram Moysi sedent: qui dicunt fasce, qui autem faciunt, facere nolite: Quod aliud dixit, nisi per mercenarios vocem pastoris audite? Secundo enim super Cathedram Moysi legem Dei docent, ergo per illos Deus docet. Sua vero illi sibi vult docere, nolite audire, nolite facere: certe enim tales sua querunt, non quæ Iesu Christi. Nullus tamen mercenarius ausus est dicere populo Christi, sua querere, non quæ Iesu Christi. Quod enim male facit, non predicat de Cathedra Christi: inde tadit, vnde male facit, non vnde bona dicit.*

§. 2. Restringunt hæc Domini verba, & ad suas hæreses Sectarj accommodant, non licere aliud docere, quam quod sacrâ scripturâ continetur, omnes traditiones vna voce rejiciunt. Calvin. lib. 4. Instit. cap. 10. §. 26. & l. 4. c. 8. §. 8. *Vetari ait quicquam de suo docere.* Hæreses
et additiones
rejiciunt.

Hoc & Christus, & sua ipsorum praxis refutat. Non iubere eos soli lectioni legis esse intentos, inter-
 pretationis negligentes; dicendum enim esset, quæ *Lex legendæ*
 ex lege Moïsi legunt, facite: sed quæ dicunt, ne fa- *& expli-*
 cæ lege. *canda.*

Quin etiam se ipsi refutant, innumeris in Biblia commentarijs, quæ non modo rejici tanquam superflua, sed damniari vt impia debent, si ad solam textus cognitionem relegatur auditor. Si enim præter verbum scriptum nihil attendere populum oportet, nec etiam deberet Doctor quicquam interpretando proferre: frustra enim docet, quod discipulus accipere vetatur. At vero multa etiam hæretici commentantur, & docent, etiam contraria legitiuina. Reciprocè autem docendi & discendi necessitas imponitur Doctoribus & discipulis. Constat igitur seruanda non modo esse, quæ ex mandatis Delegerent, sed etiam quæ ex lege deducit, & legi consentaneâ interpretatione, quam ab Ecclesia accipere oportebat, seruanda pronuntiarent. Non autem cuiusq; priuati Doctoris obediendum est imperio, si noua, & à vetustis dissentientia proponat.

§ 3. Caluinus iniuriam Catholicis infert, cum fingit: Papibus satis est præditos esse titulo, ac locum occupare, qui leges imponunt. Hac enim detorquet verba Christi, quasi necesse sit obedirent recipere, quod mandant ordinarij Ecclesiarum præfides. Nos sane hoc non docemus: Tantum id agendum dicimus, quod legitima auctoritate vniuersalis Ecclesiæ præceptum est, vt (ut quæ vocamus Ecclesiæ præcepta, quæq; rationi, legi, ordini, consentanea disciplina causa pastores subditis imponunt, non imperandi libidine, sed ad suorum conseruationem. Itaq; nec titulus, nec locus sufficit, sed hæc necessaria sunt, & imprimis doctrinæ sanitas: Si enim errores aliquis docuerit, nullo modo conscientias constringit: nemo enim obtemperare tenetur.

Summum auctorem pro Cathedra & publicè do-
centem, negamus erroris esse posse defenforem :
deo vt doctrinam antiquæ auctoritatis in omnibus
Deus esse vult; cum enim non in primis duntaxat
Ecclesiæ initijs, sed omnium sæculorum decursu, ne-
cessaria fuerit scripturæ explicatio authentica, quæ
omnibus hæreticorum commentis opponatur, cum
maneant in Ecclesiâ Apostolorum Cathedra, necesse est

Na 4

perfe-

*doctrina
prover-
bialis.* **D**E doctrinâ, nō imperio agi Origenes docet,
et ex eo T ostatus. Cathedra quidem Moïſis
non modo docendi auctoritate, ſed iudicandi eti-
am habuit poteſtatem, videtur tamen hic de ſolâ do-
ctrinâ, non iudiciali ſententiâ loqui: eſt enim non-
nulli Phariſæorum et ſcribarum iudicia exercebant,
doctores tamen hoc loco Chriſtus reprehendit; ideo
iudiciorum iniquorum, quæ in tanta rapacitate, odi-
ſis, ambitione fuiſſe deploratiſſima, nemo ambigit, re-
prehentionem non inſtituit, nec illa penes ſolos Pha-
riſæos, ſed penes alios erat.

*Quo-
modo
servantur.*

§.2. At quomodo omnia facienda quæ dicebant?
nonne suis commentis legem Dei obstruant? Chris-
tiani occidendum pronuntiabant? Et doctri nam per
falsam arguit paulo post, qua iusiurandum per
septem nihil esse docebant. Quomodo ergo omnia
servanda Christus affluerat? et in Græco quidem cum
Emphasi: *ἡ δὲ θεοῦ ἐντολὴ ὅτι ἀγαπᾷτε αλλήλους*, omnia que di-
sternit facienda, seu servanda. Quam etiam Syrus imita-
tus est; *וְהָיָה דִּבְחֵיהֶם בְּרַעְיוֹנָם*. Abulenſis illa
que observare Christus iubet, esse traditiones senio-
rum; que divina legi non repugnant, quas obligat
ideo docet, quod à legitimo magistratu, conſilio
ſeſcit. Sane dicitur tamquam publica lege promulgatæ
eſſent; maliſiosæ etiam & inſidioſæ latas illas leges ad
pecunias extorquendas arbitratur.

Vtrum Christum non iubere, vt omnia faciant, quæ imponunt, alij existimant. Chrysoſtomus tantum ea quæ ad ſalutem neceſſaria doceri Chriſtum velle aſſertum. Verba eius ſunt. *πάντες δε οὗτ' ἐν εὐαγγελίῳ, καὶ πάντες αἵς τ' νομοθεσίαις τοῖς; καὶ τοῖς βραβείοις, καὶ τοῖς ὑποταγῇ, καὶ οὗτοι ποιῶνται. τοῦς ἰδ' ἐμελλε ταῦτα λέγειν, ἀποφασίζων αὐτοῖς; ἀλλὰ τοὐναντίον, ποιοῦντες αὐτὰς, καὶ βελτίως ποιεῖτε τὸ προπτον, καὶ τοῖς ἡμεῖς συμβουλευοῖς νομοῖς, καὶ ἐκ ἀφ' οὗτοι λαοῖς τοῦτο ποιεῖτε ὡς ὅταν ἐννοῖ.* Omnia autem cum audis, non debes omnia, quæ ſunt in lege intelligere, vt de cibis; ſed ſacrificiis, cæteriſq; euſiſdis. Quando enim hæc confirmasti, quæ iam confirmasti, ſed omnia aut motes confirmasti, & melio confirmasti; & noui teſtamenti legibus conſentanea; nec relinquenda in poſterum ſub lege iugo.

S Hæretici
- traditiones
S reijciunt.

Lex legenda
& expli-
canda.

Interpretes
audiendi.

Calumnies
Caluini.

perleuerare etiam auctoritatem. Quis enim non videt Ecclesiam perisse funditus, si eius fundamentum, hoc est, veritas doctrinae defecit? Quis porro resistet tot falsis haereticorum interpretationibus, si vera nulla est infallibilis? Omnium haereticorum perpetua consuetudo est, scripturis citandis vexare religionem. Nam concionari, exhortari, scripturae testimonia producere, genuina sunt vestimenta; quibus se exornant; ita Lutherus postillâ Eccles. Dominica 8. post Trinit. [Hoc esse, ait; quod vulgo fertur, scripturam esse librum haereticorum, hoc est, eum librum in quo praesidium collocent haeretici: nec enim alium librum inueniri vllum, quo magis sectarii abutantur, & quod amplius est, nullum esse, quo magis gloriantur, nec sectam vllam esse tam rudem, & agrestem, vñquam prodijisse, quâ scripturae oraculis, ornata se & facere non tentarit. hoc esse venire in vestibus ouium.] Cum igitur tot millia errorum scripturam deprauent, adulterent, ad improba sensa detorqueant: in Cathedrâ Ecclesiae suae stabilem, falli, & fallere nesciam auctoritatem Christus collocauit, & firmavit. Hac ostenditur error omnium, qui impia dogmata ex scripturis contextunt. Plures enim scripturarum expositiones falsae sunt.

QVÆSTIO II.

An Euangelium S. Ioannis aut alia ferre, sit
superstitiosum?

§. 1. **B**eza eiusdem superstitiosis condemnatur, qui collo Phylacteria gestant, quibus inscriptum est Euangelium sancti Ioannis, quam magicam superstitio-
nem iam olim ab Antiochenâ Synodo damnatam opinatur expresso nomine *φύλακτον*. Constat quidem etiam ex Hieronymo hæc aliquando pro *ἀντιόχεια* usurpata.

At verò Christus Phariseos non erroris, aut superstitiosis, sed hypocrisis, & vanitatis accusat, qui humanæ laudis ambitione ista ferebant. Imo eo usque processerat infamia, ut simbrjjs spinas insererent, quæ incedentes pungerent, & sedentes; quo fugere delicias, sectari vitæ austeritatem viderentur, teste Abulensi. Forte prauâ æmulatione Ioannis Baptistæ, quem ex Camelina veste, magnam sanctitatis famam collegisse videbant. Diuersa plane ratio est eorum, qui Euangelij verba, aut res sacratas collo gestant. Principio non id faciunt ad ostentationem sanctitatis, aut gloriam aucupandam: nemo enim horum gestatio sanctus habetur apud orthodoxos, ab aduersarijs vero etiam ridentur, & hypocritæ. Superstitiosique existimantur, qui tale quippiam gestant. Deinde ut plurimum occulte & sub veste illa geruntur, ut vane gloriæ causâ ferri non possit, quod non ostentatur.

Hoc vero ratione potest non modò partes; sed integros etiam libros sacros circumferre. nec in eo crimen est, aut superstitio, si bono ac sincero animo fiat. Hoc constitutum est, Exod. 13. 16. Et Deut. 6. 6.

Mandato igitur Dei ista ferebantur vestibus inscripta, aut postibus insculpta. quæ Hebraice *טוטפוח* Totaphoth. Chaldaicè *תפילין* appellatur. Hunc autem ritum à domino constitutum, ipse Beza testatur, ut esset, velut *in quibusdam* legibus, & beneficiis, quæ Dominus in ipsos contulerat, postearamen dum à Iudeis contaminatum superstitiosis: at Christus eos de superstitiosis non accusat, sed vanâ gloriâ.

Quod verò idem comminiscitur, eos in his quasi summam pietatis collocasse; non videtur esse verum, nec n. de tam graui eos crimine Christus reprehendit, & ipsi non pietatis, sed gloriæ intuitu ista faciebant.

§. 2. Catholici absque vllâ superstitioe Euangelium sancti Ioannis, aliq; circumferunt. Primum a-

mòre Dei, qui salutem per Euangelium dedit: Deinde de ut verbum Dei magnificare & meminisse perpetuo assuescant, ac de tanto munere Deo gratias agant. Sic enim etiam solent Principis venerationibus, annulo, catenâ gestandâ testari, qui corû beneficia habent.

Non enim naturâ suâ gestatio illa est illicita, ex fine autem & intentione ferentium sancta & laudabilis esse potest. Hinc etiam, ut experientia docuit, talium hominum deuotionem creberrimè magnis beneficijs Deus profecutus est. Scribit Emanuel Costa comment. rerum Indicarum, demonem illis periamatis pulsum Ormutij. Plura recenset noster Thyreus de dæmoniis. Hæc tamen obseruanda sunt, ne scilicet vim inesse aliquâ apotropæam existimemus, neq; etiam certum euentum esse credamus, sed ad Dei gloriam, religionis, & spei incitamentum ista gestamus, & vicissim Deum nobis propitium speremus.

§. 3. Quæ vero haeretici obijciunt, ad gentium praeficiendos, apotropæas, & dæmonia pertinent. Quorum vim ex Characteribus, formaq; verborum illustrabant. Tutos se bello, gratiosos regibus arbitrabantur. De his Chrysof. hom. 73. in Matth. Basil. in Pl. 45. Et lex Ecclesiae Can. 1. & 4. 26. q. 5. & Canone vltimo ibidem. Iubent autem eijs clericos de Ecclesiâ, si ista faciant, quod in his omnibus sitars Demonum. Vnde hoc loco B. Isidorus, Imo Antoninus Caracalla hæc supplicij vetere constituerat, ut testatur Spartianus: & Lucianus in dial. Philotestis est. Tales erant, quos Vrsarios appellat Bassamon comment. Syn. 6. in Trullo. Hæc igitur superstitiosa damnant Antiochena Synodus. Iudæi recentiores plurima eiusmodi habent, quorum aliqua recenset noster Delrio Disq. Mag. l. 6. c. 2. sect. 1. q. 1.

Nec modo sicut apud dæmonum cultores gentiles inueniuntur, ut apud Aurelianus l. Chron. c. Myrsum sect. 2. antid. 298. & 405. Marcellum, Aetium, Columellam; sed etiam recentiores. Paracellum, Aureolum seu Bombastum, Cornelium Agrippam, aliosque. Horum autem omnium errores ex idololatriæ originem habent. Genios enim suos, & signa quibus illi delectarentur, fingebant; hinc dæmones a se habebant, *ἀπολογισμοί, ἀποπομπαί, φέροι, λήτοι*. Et pacta cum illis instituta per amuleta & Phylacteria, seu conuentionaria confirmabantur: quod semper vetitum est, & factum. Habebant & Iudæi sua nomina, quæ thalamis aut ostijs inscriberent, quæ à Lilith reginâ Smargd didicisse se ferunt. Erant & Phylacteria serpentis, quæ Moses erexit; imagine enim illius se tutos ab inimicis fingebant. Non tamen talia erant Phariseorû; nec enim eos Magiæ, aut pacti cum dæmonibus initij Christus accusat, non taciturnus si tam grandi crimine tenerentur. Post Christi mortem maiora apud Iudæos errorum, vitiorumq; incrementa fuerunt. Adeo ut in hodiernum usque diem dæmonis ope in Medicinis, alijsq; rebus vtantur. Hinc totamq; monstra apud eos sunt Angelorum nomina, de quibus multa & erudita præceptor meus Nicolaus Seranius in 12. Tobia. q. 10. 11. 12. 13.

§. 4. Alia superbia argumenta: Amare primos, bitus in cenâ, primas Cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. v. 6. & 7. Omnium igitur operum causa erat eminentiæ appetitus. Hinc enim amor *τῶν πρώτων καὶ τῶν πρώτων*, seu ut Syrus habet, *סמכא* Rish Samcha, caput accubitus, est autem dictum à *סמכ* Semach, quod est fulire, sustentare. Hinc dicitur *סמכ* Semach cibis, sustentatio, quod naturæ semper rueritis sit fulcrum. In synagogis vbi modestiæ, & virtutis certamen esse debuit, ambiebant *τῶν πρώτων* *δῆλος*, primas Cathedras, Syrus *מרתא ריש* Rish Martabe, caput sedendi, seu caput sessionum. In foro autem *בבית* *אגודת* conuentibus publicis, Syrus *בבית* *אגודת* in pla-

Orthodoxi
sine super-

in salutationibus ἀσπασμός, Syriace שלמה pacem; eo enim verbo salutabant. Ambitio autem in salutationibus præcipua cernebatur, ut priores tanquam digniores suis titulis appellarentur.

Denique vocari auebant ab hominibus Rabbi. In Græco duplicatur. Rabbi, Rabbi, quâ in re salutantis affectus, & bona æstimatio ostendebatur. Syrus, uti nec vulgata versio, non geminat.

Quod nonnulli obseruauerunt titulum Rab illis dari, qui in Academijs Babylonij magisteriū adepti sunt, Rabbi autem eos, qui in Israël per manus impositionem sapientes declarati sunt. Deniq; רבבין Rabbenin sapientes de domo David, mihi triuola distinctio visa est. Nam Rabbi est magister mō, estq; affixum ἱεροποιῶν seu blandientis. Rabbenin autem cum sit nomenclaturalis, non recte accommodatur singulis, uti titulus conueniens. Indifferenter itaq; usurpant, nomen Rab, & Rabbi.

§. 3. Beza iniuriâ conuictatur Ecclesiæ doctores, cum ait: nullâ eos re magis affici, quam cum saluantur Domini magistri nostri: eoq; Pharisei successisse. Bullingerus etiam queritur, Laborari à quibusdam suorum, ut in eorum Ecclesijs titulos Doctoratus restituant. De facto Carotheadij aliorumq; satis constat. Equidem inficiari non auesim, ut sunt hominum ad fastum propensa ingenia, in mediâ Ecclesiâ non sine grauissimo illius damno ambitionem residere: graniorem in illis tamen fuisse, qui per superbiam Ecclesiâ exciderunt. Non tamen doctrinæ est illud, aut religionis sed humanæ corruptionis vitium: nec omnes tales sunt apud nos, nec plures, verum apud hæreticos nemo non talis est. Apud nos aliqui sunt mali, apud illos nulli sunt boni.

Porro tres titulos Christus prohibet. Nempe Rabbi, quod Græcus & noster retinuerunt, magnum enim, & magistrum significat, ab eo diuersum est רבבין Medaranne, quod Græcus vertit καθήγητής, dux, ductor, magister, quod etiam in quibusdam exemplaribus legitur, cum de Christo sermo est, διδάσκαλος. Porro Syrum רבבין est loqui, tollere, præesse. Deniq; nomen patris etiam vetat.

Pater, inquit, nolite vocare super terram, in plerisq; Græcis est, atq; etiâ Syro, ὁμῶν, vestrum. Sic Rabbinos atque prouociores honoris causa appellabant. Non prohibemur autem magistratui, aut parentibus honorem legitimum deferre, sed titulos ambiciose vel sectari, vel alijs tribuere. Vnus est enim pater Deus, & magister Christus; Chrysostomus vna dictione exponit. Καὶ δὲ αὐτὸς διδάσκαλος ὁ θεὸς διδάσκαλος ὁ αὐτοῦ ἡμεῶν, quem a modo d. m. magister, non est magister principaliter. Nunquam enim quicquam est tribuendum hominibus, quo Dei gloria obscuretur. In his creaturæ nō tribuitur diuinus honor, cum Deo seruatur principatus.

VERSUS 13.

Va autem vobis scribe, & Pharisei hypocrita, qui clauditis.

QUESTIO I.

Quomodo claudant regnum cælorum?

§. 1. **G**rauiissimum procul dubio delictum, quod cum Doctores essent, quorum officium eundem aperire regnū cælorum, nunc nec ingrediuntur, nec alios in limine hærentes intrare sinunt. Claudunt autem veritatem oppugnando, falsam doctrinam proponendo: iam enim conspirauerant Ioan. 9. ne quis Christum confiteretur. ita D. Thom. Tostat. Euthym. Claudebant & suis traditionibus contra Dei legem intrusis, vocabant autem סגלתהוּרָה sig. lesbora, legi sepimentum, quod illis seruatis legem violari nō facile esset. Zuinglius etiam hoc loco conuictio abste-

nere nequit: In Papatu doceri homines, ait simulare: cum nihil magis quam simulatores detestemur.

VERSUS 14.

Va vobis scribe & Pharisei hypocrita: quia comeditis domos viduarum, orationes longas orantes: propter hoc amplius accipietis iudiciū.

QUESTIO I.

Quomodo deuorent domos viduarum?

§. 1. **H**ic versus ab Eusebio, & Origene videtur omissus, in alijs exemplaribus est transpositus. vide annotationes Lucæ Brugensi. Duplex porro crimen, ut monet Chrysostomus, committebant. Viduarum domos expilabant, & hoc quidem specie pietatis, πῶς μὲν αὖτις, inquit Chrysost. ημερίας ὁ κακὸν ποιῶν, ὁ δὲ καὶ τὴν αἰτίαν ἀπὸ εὐλαβείας λαμβάνων, καὶ προσευχόμενος τῆς πονηρίας, πολλὰ χαλεπώτερας καλῶσιν ὡς ὑπερδυνόν. Omnia qui malum agit, pœna dignus est, qui vero causam à pietate sumit, & hac pro prætextu vitium, multo acrioris ultionis est reus. Hoc faciebant scribæ, & Pharisei; nam viduas opinione sanctitatis deceptas spoliabant. προσείπει μακρὰ προσευχόμενοι, prætextum longum orantes, noster videtur legisse, προσευχὴν μακρὰν προσευχόμενοι vel προσευχὰς μακρὰς, orationes longas orantes. Quod in Græco ponitur καὶ, &, sensus est, Comeditis domos viduarum, & quidem orando, hoc est, simulando longas orationes. Viduas autem prædæ habebant præcipuè, quod illæ pietati addictiores essent, & rerum suarum dominæ. Quidam etiam existimant peccandi impunitatem ab his impostoribus illis promissam. Zuinglius multa Catholicis exprobat, quasi precibus, & cantu viduas expolient, cum hætenus viduas alere soleat Ecclesiâ, & illi qui in officio Ecclesiastico primatum tenent, sua ipsi patrimonia pauperibus, & viduis legarint. Hæreticorum est, mulierculas oneratas peccatis in fraudem inducere.

VERSUS 15.

Va vobis scribe & Pharisei hypocrita, quia circuitis mare & aridam, ut faciatis unum proselytum: & cum fuerit factus facitis eum duplo filium gehennæ.

QUESTIO I.

Quomodo proselytos facerent duplo filios gehennæ?

§. 1. **M**are circumeunt & aridam: hoc est, terram quam Deus aquis eminere iussit. Græci ἐν-
 ἄρην vocant, sed dialectus est ex Hebræo. Vocant enim terram ארצה Ierusalem. Hanc etiam dictionem hic Syrus usurpat, nisi quod mote gentis in fine non sed collocet. Latini imitati sunt. Exilit in sicum. Rostra re-nem sicum. Proselytos quasi aduentitios, aut accessorios nominabant. Et si quidem bono zelo animas lucrandi tantos itinerum labores suscepissent, supra modum laudabilis eorum esset industria: verum tam operosis conatibus non Dei gloriam, vel animarum salutem quæsitam esse euentus docuit. Non enim ad Cur in pro-ludaisimum conuersos cælo afferabant, sed duplo fa-selytis labo-ciebant filios gehennæ. Cur igitur tantos labores rarent, subibant? Primum gloriæ, deinde auaritiæ causâ, conuersionem enim gentium superbe iactabant, & victimas; decimasq; templo inferebant.

§. 2.

*Cur duplo
filij gehennæ.*

*Profelyti
piores magi-
stris.*

*Calumniæ
Zuingliana-
rum.*

*Pro hereti-
cis electis
veniunt In-
di.*

§. 2. Quomodo autem duplo redderent filios gehennæ, quærent interpretes; videntur enim doctores quorundam operâ discipuli corrumpuntur maiore poenâ digni, quam illi qui seducti sunt. Hilarius idcirco hæc dicit, quod omnes post Christi mortem damnarentur, qui in eum credere nollent. Verum Christus loquitur de eo tempore, quo ipse prædicabat, & quod antecesserat. Deinde nec scribæ Christo credebant, multo grauiore perfidiâ quam profelyti; hi enim neophyti erant, parum in scripturis versati; scribæ doctores erant, gnari Prophetiarum, odioq; & inuidiâ veritatem agnitâ impugnabant. Quocirca aliam interpretationem idem Hilarius adhibet: nempe quia additi sunt illis, qui Christum crucifixerunt: deinde quia Dei legem cognitam, ac sponte susceptam violant. Non tamen ne his quidem apparet, quomodo *ἁπλοῦς* facti sint filij gehennæ, quàm Pharisei, & scribæ; hi enim Christi morte procurandâ multo grauius deliquerunt, & legem Dei cognitam transgrediebantur, alijsq; transgrediendi verbo, & facto auctores erant. Christus tamen signanter dicit. *Duplo quam vos*, duplo igitur grauior poenâ profelytorum quâ scribarum. Hoc enim loquendi ratio indicat, Sic loquitur Colu. 1. c. 8. *duplicita* *ferramenta*, quam *seruorum numerus*. Causa igitur fuit, quod discipuli magistris duplo redderentur deteriores, occasione accepta, vltra quâ expectari poterat, pronoluebantur. Sic queritur Horatius: *patrum ætatem auis peiorem, posteros tulisse ne-*

quiores, mox daturus
Progeniem vitiosorem.
Eiusmodi profelyti exemplum Herodes erat, tum omnibus vitijs contaminatissimus, tum etiam ludorū in Iudæâ institutor, & idololatra. Profelyti igitur cognitâ idolorum vanitate, ad veri Dei cultum accedebant, deinde circumcidebantur, legem autem, cū scribarum corruptelis accipiebant, deinde eorum vitijs offensi, non modo illa imitabantur, verum etiam grauiora cōmittebant, vel ad idololatriâ relapsi, vel alijs inquinamentis morum Phariseos superantes, omnia nempe gentiliū scelera cognitâ Dei lege perpetrando. Ita vt iam à scribis contineri non possent. Ita in familia fieri assolet, vbi dum quædam peccata parentes indulgent, maiora audendi ansam præbent; Ebrietatē in filijs non puniunt; quia nec ipsi eam vitant; at illi hinc gradum ad scortationes, adulteria, homicidia, patricidia faciunt. Nunquam enim improbitas consistit, vbi primum cœpit.

§. 3. Catholicos cum Phariseis in quærendis profelytis Zuinglius comparat. Piscator hoc Societati nostræ tribuit. Prior totam Ecclesiam, alter eius partem carpit, ille criminatur nos Ecclesiam non puram quærere sed amplam. Hic dolet Gentes conuerti. Gratia autem Dei, fremente Diaboli inuidiâ, iam recens latissima regna Euangelio impleuit

ab ortu

Solis, ad Hesperium cubile.
Facta est maior accessio paucis annis, quam olim multis, nouorum conuersio populorum, apostasiam hæreticorum suppleuit, veniunt ab oriente & occidentem, & recumbunt cum Abraham, Isaac, & Jacob, filij autem regni eiciuntur foras. Nec sunt filij gehennæ, qui vitia dedocentur, virtute imbuntur, quorum in fide sinceritatē quotidiana docent martyria: ad fidem signis & virtutibus vocantur. Nec numerum tamen duntaxat inspicimus, sed solida fidei, & virtutum fundamenta ponimus. Et mirum profecto est, tantâ esse impudentiam quorundam, vt nobis Ecclesiæ impunitatem obiecare audeant: cum ipsorum Synagoga sit omnium sordium colluies. Imo protestentur, eos, qui ad Euangelium nouum veniunt, *duplo fieri filios gehennæ*. Luther. Postilla in I. Domini. Aduent. Et mundus

ex hac doctrina indies deterior euadit. idem testatur in Poenitentia. Eccl. præfat. & Dom. 26. post Trinit. Antea: cum Petrus sub Pontificis seductione & falso Dei cultu bona opera iubere, tum, omnes viro prompti, & parati erant; poteratq; vnus princeps, aut vna ciuitas maiores & opulentiores fundationes, & elemosinas præstare, quam modo omnes reges, & imperatores possunt. Iam enim omnis mundus est contra nihil aliud diuersus, quam iniquis exactionibus, manifestis rapinis, furtis, mendacijs, vsurâ omnia ad se transferre. Tam insigniter male fieri necesse est homines, in gratiam Euangelij, cuius virtute ex captiuitate pontificis, in libertatem asserti sunt: vt iam non amplius humano, sed diabolico more omnem misericordiam excutiant. Et in c. ad Galat. Euangelicos ait fieri plane peritos, & ventres. & in c. 5. Esse suos tam improbos, vt sepe optet illos ad hoc esse sub tyrannide Papæ. Impossibile enim esse hunc populum Gomorrhæ Euangelio pacis regi. Eadem canit And. Mulcal. Dom. I. Aduent. Ioan. Wigandus de bonis & malis Germaniæ. Hedio Epist. ad Melanch. Pluribus Iacob. And. in Euang. Luc. c. 21. conc. 4. Ioan. Spangenbergius ait illos velle liberos esse à præceptis seruandis. Bucerus l. 1. de regno Christi, c. 4. Maximam eorum partem videri id tantum ex Euangelio petisse, vt iugum quod, cumq; disciplina, penitentia & religio vniuersa qua in Patrum reliqua fuit, abijcerent. Videatur Eras. ad Velturium. Quomodo non ergo filios gehennæ duplo, imo de duplo faciant, quos ad sua lustra sola licentiâ dulcedine illiciunt.

VERSUS 16. vsq; ad 23.

*Va vobis duces cæci, qui dicitis: Qui-
cunq; iurauerit per templum nihil est;
qui autem iurauerit in auro templi
debet. Stulti & cæci: Quid enim
maius est, aurum an templum: &c.*

QVÆSTIO I.

Quis scribarum error de iureiurando est

§. 1. De iureiurando differui alio loco, quod licitum esse, contra anabaptistas, & per creaturas etiam, Dei tamen intuitu, licitum esse ostendi contra quosdam Caluiniânos. Quod etiam hoc loco loannes Piscator ostendit. Christus enim clarissime demonstrat, & illo iureiurando nos per Deum iurare, & obligari. v. 20. Ideo v. 17. vocat *magis* stultos & cæcos qui per aliquas creaturas iuramentum obligare sentiebant, per alias negabant. Quamuis illud *magis* à quibusdam exemplaribus absit. Quemadmodum enim per cælum iurat, etiam iurat *ἐν τῷ καλοῖς ὄνοματι*, vel vt alij codices habent *καλοῖς ὄνομα*, ita qui per quamcunq; iurat creaturam, etiam iurat *ἐν τῷ καλοῖς ὄνομα* in creatore illius.

Pharisei si vlla in re aliâ, in hac certe vel maxime se impossitiores esse demonstrabant, vt qui doctrinam suis lucris æstimarent. Qui iurat in templo, nihil est, in duplo v. 20. hoc est, per templum, at qui iurat per aurum, in triplo debet. ὁ φάρσα, reus voti est, non autem reus peccati, nam *ῥαββί*, & *ῥαββί* non solum peccatum, sed quodlibet debitum est Syris. Magni ergo auri, & doni iuramentum faciebant, vt ita victimas pluris facerent Israelitæ, & sacri thesauri cresceret. Aurum autem ideo sacrum est, quia per templum consecratum est Deo.

Quod Zuinglius nobis obiicit. Si per Christi vulnera quis iuret, immunem esse à poenâ. Si per ignem Caluani, in eum vindicari: Ipse iniuriâ infert, & calu-
mniatur. Nos iuramenta, seu blasphemias, seu imprecationes per Christi vulnera factas damnamus, itemque per ignem S. Antonij; magistratum etiam ad puniendâ delicta obligatum dicimus. Adeo vt vnam ex prima-

primariis provinciarum, & principum calamitatum
causis, recenseamus blasphemiarum licentiam.

VERSVS 23. & 24.

*Va vobis scribae & Pharisei hypocri-
ta: qui decimatis mentham, & a-
nethum, & cyminum, & reliquistis
qua graviora sunt legis, iudicium
& misericordiam & fidem. Hec o-
portuit facere & illa non omittere.
Duces caci excollantes cutilem, ca-
melum autem glutientes.*

QVÆSTIO I.

Quomodo decimabant mentam & anethum?

§. 1. Verbum Græcum ἀνέθυμα est verbum am-
biguum, nā dare, & accipere decimas signi-
ficat, quemadmodum & Hebraum יָצַק ita i. Reg. 8.
& Gen. 28. Dabant autem Pharisei & scribae decimas
Leuitis & Sacerdotibus, qui Leuitæ, aut Sacerdotes
non erant. Leuitæ sacerdotibus, hi summo pontifici.
Eas autem minutim & accuratè, sed negligebant alia
maiora iudicium, misericordiam, fidem. Perinde ac
si quis fundos alienos corrupto iudice obtineat, pu-
pillos crudeliter expellat, pactis conuentis stare no-
lit, interire ceterum Ecclesiæ offerat.

§. 2. An rerum exiguarum decimas dare teneren-
tur disputant interpretes. Lyranus, Salm, Iansen, neg-
gant de tam parvis legem esse latam. Tolent alij que
veritas affirmant. Nam Christus asserit. *Hec oportuit fa-
cere, & illa non omittere.* & satis constat, ex Leuit. 27.
Num. 18. Deut. 14. & 26. Vbi omnium humo nascentium
decima imperantur. Sed hanc disputationem ad
illa loca remitto.

§. 3. Christi institutum est, vt hypocrisin ostendat,
in leuibz oblationem legis simulantē, in magnis,
vbi operæ precium fraudis esse videtur, præuaricantē.
Quæ etiam proverbiale locutione exponit cum ait:

Culicem excollere, Camelum deglutire. Vel vt in Syro est,
plurales numero, *Culices, & Camelos.* Qui per Camelum
funem nauticum intelligunt, aberrant: nam per iota
scribitur cum illam significationem habet. Deinde
maiorē analogiam horū animalium collatio habet.

§. 4. Bellarminus l. i. c. 9. de amissione gratiæ, & sta-
tu peccati ex hoc loco probat aliqua esse peccata ve-
nialia. Quædam peccata culicibus, quædam Camelis
comparantur, inter quæ nulla fere est comparatio.

Contra Pareus insurgit. [Quis culicem hunc non ti-
deat? Torvicia consecutionis sunt, quot vocabula.

Allegoria, *quærupta*, assumptio falsa est. Neq; enim

Domini proverbiale dicto proportionem instituit

peccatorum, sed Phariseorum taxat hypocrisin, quod

in ceremonialibus legis minoribus, omnem religio-

nem ponerent, moralia graviora securè negligerent.]

Nec de lecto culicem, non est dignus tuo cachinno,

maior tidendi in aduersario materia, qui nobis ex

Græco καμήλα, & Syro כַּמֶּלֶךְ fecit Elephantem, ita

enim textum allegat. Ne cum in Hecubam *μῆλον, & οὐ-*

θῆνη mitemur. Collatio est peccatorum, qui in mi-
nuta anxij, præcipua ex professo negligunt, compa-
rantur ergo minorum peccatorum fuga anxia, cum
præcipuorum neglectu, itaq; proportio peccatorum
instituitur. Aug. l. i. q. Euang. cap. 35. Minima obserua-
tiō maxima contemnit. Eodem modo D. Hieronymus,
& ex illo Iunius & Tremellius. Similitudo ab iis, qui si
in vitium culicis foris incidit, colant potum ne huius mi-
ni scilicet strangulentur, cum interim solidum Camelum cer-

to exitio interclusa gula glutiant. Culex naturā suā cum
vino hausus, et si nauseam pariat, non tamen vitæ
perniciem adfert: Camelum sine certâ morte nemo
vorat. Culex igitur venialia, Camelus mortalia si-
gnificat. Iunius & Tremellius proverbialem volunt
esse sententiam, qua pulchrè exprimitur putida in re-
bus minutis hypocritarum anxietas. Verum non est
putida illa cura seruandi minora mandata, cauendi
delicta leuiora, minimè Calvinistis, quibus & illa
minuta sunt mortalia. Non igitur reprehenditur sol-
licitudo minorum, sed exprobratur neglectus maio-
rum. *Hec oportebat facere, & illa non omittere.* Quod si
putida est sollicitudo, non possunt esse mortalia; ne-
que enim putide anxius est, qui peccata, quæ ignis æ-
terni obnoxium cruciatibus faciunt, serio fugiunt.

VERSVS 25. & sequentes.

*Va vobis scribae & Pharisei hypocri-
ta, quia mundatis quod de foris est
calicis & paropsidis. intus autem
estis pleni rapina & immundi-
tia, &c.*

QVÆSTIO I.

Quomodo externa mundant, interna minime?

§. 1. D Vplici similitudine Phariseorum hypocri-
sin ante oculos ponit. Extima enim paro-
psidis seu calicis emundant. Pro paropside Syrus ha-
bet; *quæ sunt anse.* וְדֹבָרָא *Vedabara*, vbi est positū
pro *ut sit* gabata vas, sunt exemplaria, quæ habent
in *anxiis*, Beza patinam dicere maluit, cum sit nomen
paropsidis Latinis etiam vtitur. Contra ergo faci-
unt, quam natura exigat, Pharisei; In supellectile quæ
cibus ministratur, interior mundities quæritur, nigror
ollæ exterior nauseam nullam parit: at si intus sordes
animaduertantur, etiam delicatissima fastidio sunt.
Non ab simile est Dei de hominis puritate iudicium;
si animus sit putus, ille præstantissimus Dei cultus est;
mundiciem ex illo sacratio actiones suam trahunt.

At Pharisei exterioris compositi, modesti, largi, de-
voti apparebant, intus *pleni sunt & diris* iniusti-
tiâ, vbi alij habent *anxiis*, intemperantiâ, alij *anxiis*
immunditiâ. Foris aurum erant, intus lutum.

Altera similitudo est sepulchrorum dealbatorum
anxiis, hoc est tectorio inductorum, quæ intus
plena sunt ossibus mortuorum. Magna apud Iudæos
sepulchrorum erat cura, quam Christus non repre-
hendit, sed quales illi sint ostendit.

§. 2. Noluit Christus monumenta, aut ossa san-
ctorum hac comparatione contemni, vt hoc loco sin-
gunt hæretici. Quamvis enim ossa sanctorum, sint
ossa mortuorum, sunt tamen & ossa viuientium cum
Deo, sunt templa gratiæ, & quemadmodum est pre-
ciosa in conspectu Domini mors sanctorum eius, ita
& cadauera, quorum omnes pilos Deus in numera-
to habet, vt corpus resuscitet, & gloriâ circumdet.
Respondet vero illis S. Iustin. q. 28. Mortuorum corpo-
rum cadauera & eorum sepulchra abominationi sunt, pro-
pter consequentem graueolentiam, nam si omnino propter
mortalitatem abominationi essent defunctorum corpora, non
oporteret animantium morticinorum partes accommodare ad
viuentium vsum, vt pelles, cornua, pilos, bilem, adipem, carnes:
quæ nulla ratione ex eâ, quæ illis adest eximi possunt mortali-
tate. Quod si hac quoq; sunt emortua minus tamē desolationi
subiecta, propter eorum vsum: quomodo multo absurdisimum
non est, pura qui tē ista vsum eorum gratia existimari, abomina-
tioni verò Græcorū, subdita esse sanctorū corpora, & sepulchra
Martyrū: quæ & Damonum amoliantur insidias, & morborū
ab arte

Matthæi
112
uangelia
C. VI
18

Ossa san-
ctorum non
contemni-
da.

ab arte medica comploratum confidunt facientes. Comparat etiam Dominus per se etiam Pharisaeorum pietatem, sepulchris dealbatis: quoniam nesciunt viuum sensu abominabilis est exanguium corporum sceleris et spurciciis, sic et illorum iniquitas detestabilis est propter sententiam: quae quodammodo ipsorum animi est mortalitas, grauelentis et impuritas. Quemadmodum enim per diuinitatem anima a corpore mortuum, seipsum, et immundum corpus est: ita si ab anima secedat Dei timor, ex sanguis est et maleolens et impura anima.

Vis à Deo
data reli-
quis.

Consentiunt sanctissimo martyri Augustinus contra Faustum l. 2. c. 21. de Ciuit. Dei l. 8. c. 27. et l. 22. c. 8. Chrysost. hom. 66. ad populum. Sanctorum ossa demones sistunt. Et terquunt, et vinclos ab illis solunt sensus mis vinculis. Et cinis et ossa, et fenuilla inuisibiles illas potestates dilaniant. Merito igitur illa nos honoramus, ad quae demones. Principes, et rectores mundi tenebrarum harum contremiscunt. Atque inde colligimus, quanta sit sanctorum in caelo futura potestas, quorum pulueres, et putredines aëris potestatibus dominantur, quae nondum sentire possunt, animum autem et immortalitatem extremam die recipient.

VERSUS 29. 30. 31.

Va vobis Scribae et Pharisei hypocritae, qui edificatis sepulchra Prophetarum, et ornatis monumenta iustorum, et dicitis. Si fuissetis in diebus patrum nostrorum non essemus socii eorum in sanguine Prophetarum. Itaque testimonio estis vobismetipsis, quia filii estis eorum qui Prophetas occiderunt.

QUESTIO I.

Cur aedificent sepulchra Prophetarum?

§. 1. **L**audabile videtur Prophetarum et Martyrum excitare sepulchra. Nam Mausoleis eorum non modo defunctorum memoria colitur, sed ad imitationem animi excitantur: fidei professionem edimus, eorum qui eos occiderunt perfidiam et crudelitatem detestamur.

Maiores
verbo da-
munt, sa-
ctis lau-
dant.

Mirum igitur videtur Phariseos hanc ob causam reprehendi; Praesertim cum clare et palam protestarentur non futuros se socios fuisse patribus suis in sanguine Prophetarum. Maior est ex Luca c. 11. 48. difficultas. Profecto iustificamini, quod consentitis operibus patrum vestrorum, quoniam ipsi quidem eos occiderunt, vobis autem aedificatis eorum sepulchra. Quomodo vero ista cohaerent? Sepulchro honorare occisos, et neci consentire? Chrysostomus sepulchra excitasse existimat, ut vires animosque maiorum ostentarent. Non quia aedificent, nec quia patres suos accusant, ut illi dixit: sed quantam ita facientes, et ita dicentes, patres suos se condemnare simulabunt, cum ipsi peiora committerent. Certè si id quod re verà ex operibus colligi debuit, non alienum est, quod interpretatur. Domitium enim Prophetarum, cultores Prophetarum occiderunt.

Amb. Luc. 11. Non aedificatio, sed aemulatio, hoc est, imitatio, loco criminis estimatur. Maldonatus ideo ista dici, quod sepulchri exstructio tam pertineat ad abolendam, quam retinendam occisi memoriam: latrones enim sepeliunt occisos, ne inueniantur. Verum est sepulchrum esse quandam occultationem, et memoriam abolendae idoneam, qua mente Aegyptium Moses fabulo abscondit. Non eo tamen animo sepulchra

vetera restaurabant, et noua struebant; erant enim conspicua, et Prophetarum inscriptiones habebant.

§. 2. Mihi haec certa sunt. Primo, eos sepulchra aedificasse Prophetarum, ut pietatis amantes viderentur, et eorum qui occiderunt crudelitatem detestati. Haec enim illi profitebantur. Secundo, eodem facto duo testatos; quorum vnum hoc loco, alterum apud Lucam Christus exprobat. Hoc loco eos fateri se esse filios eorum, qui Prophetas occiderunt, quod planum est. Apud Lucam vero. Eos testificari sepulchrorum exstructione, quod consentiant interfectionibus Prophetarum. Hoc Pharisei negabant, nec se qui videbatur. Verum Christus ex circumstantiis, et animis eorum perspectis argumentum solidum ducit. Cum seruos Dei ad vos missos occidatis, ut Ioannem Baptistam, eos qui Euangelio credunt, Synagogae excludatis, me occidere velitis, etiam Lazaro quem a morte suscitauit, alteram necem machinemini, idque quia flagitia vestra reprehenduntur, quia ad Deum parè eolendum vocamini; certissimum est, non pietatis vos causa exornare sepulchra Prophetarum. Si enim vobis fides, religio, Dei cultus cordi esset, Prophetas viuos, imo dominum Prophetarum non occideretis. Non est verum, quod profertis, elogium; Si fuissetis in diebus patrum nostrorum, non essemus socii eorum in sanguine Prophetarum: iam enim estis in diebus vestris, et tamen caeco furore duces estis in fundendo sanguine iustorum. Hinc quidem manifesto probat, illam exornationem monumentorum, non esse pietatis indicium. Sed et alterum consequitur. Illo ipso sepulchrorum ambizioso ornatu potius eos conuincit, ab illis probari parentum occidentium perfidiam immanitatem, quam Prophetarum constantiam, et fidem. Eadem enim ob causas suos Prophetas, et veteres, et qui tunc vivebant, Iudaei occiderunt: Non igitur ea de causa Iudaei honorabant sepulchro, ob quam Baptistam decollabant in carcere. Christum vitam increpantem tradunt Pilato quomodo igitur Ieremiam eadem adhuc damnantem scripto, scribam monumento condecorant? Probat ergo factis parentum facta, dum eadem ob causas atrocius in seruos Dei faciunt; atque adeo in dominum, ob quas maiores in Prophetas exarserunt, eademque vitia contra eos tuerentur. Facta igitur verbis contraria erant: cum occidendo sanctos alios, aliorum vero in eadem causa sepulchra ornando, trophaeum de omnibus statuerent. Imo si rediuius Iudas, aut Ieremias ea in Phariseos dixissent, quae olim in sui temporis Israelitas insonabant, non minus in eos, quam parentes eorum fecerunt, crudeles fuissent. Caesar, viso Pompei abscesso capite, ingemuit.

Lacrymas non sponte cadentes

Effudit, gemitusque expressit pectore leto.

Quis credidit honori generi hoc tributum, et non potius gaudij lacrymas fuisse; cum amicos Pompei, et filios terrae, marique persequeretur? Et si magno Caesar eo tempore Mausoleum struxisset, cui dubium esse poterat, id potius Caesaris trophaeum, et victoriam, quam Pompei monumentum fuisse? Sic hi quidem verbis memoriam Prophetarum commendabant, factis homicidis parentes laudabant.

Nec in Phariseis hoc nouum aut mirum, quotidie in mundo agitur. Laudant Nathanaem qui Dauid de adulterio monuit; mirantur Eliam; qui Achabo vineae rapinam, et Nabothi necem exprobat. Ipsum Theodosium obstupescunt, qui Ambrosio obtemperat: At si quis alicuius potentis fastum, vlturas, libidines, reprehendat, protinus in furore aguntur, facturi idem Nathani, Eliam, Ambrosio; si molesti esse pergerent. Sanctorum mortuorum se fingunt amicos, viuos sunt hostes. Nec amici tamen illorum innocentia, sed silentio, quo sibi non metuunt.

VERSUS 35.

Vi veniat super vos omnis sanguis
iustus qui effusus est super terram,
à sanguine Abel iusti, vsq; ad san-
guinem Zachariæ filij Barachia,
quem occidistis inter templum &
altare.

QUESTIO I.

Quomodo venturus sanguis omnium super
Phariseos?

§. 1. **Q**uomodo hoc intelligendum sit, non est
facile statuere. Non enim delicta maio-
rum imitari luere debent Pharisei. Quamquam au-
tem ipsi maiorum sint imitatores, satis tamen pro suis
peccatis poenarum daturi sunt, ut nihil opus sit alienas
culpas prelatere, propriis nimium infelices. Omnium
interpretationes eo tendunt, ut indicent non puniri
posteros ob peccata maiorum, sed ut alio modo ali-
quo probabili sententiam exponant.

Palatius. Omnium cædium poenas daturus Phari-
seos, à sanguine minimi, vsque ad sanguinem maxi-
mi. Alii omnem poenam debitam occisoribus iusto-
rum eos subituros. Alii tantum scelus occiso Christo
Iudeos admisisse, ac si omnes iustos trucidassent. Alii
ideo grauius poenas daturus, quia post tot exempla
peccassent. Equidem illæ sententiæ grauius punien-
dos indicant, quod tamen non satis indicat, quomo-
do sanguis præcedentium cædium super eos veniat.
De extrema igitur poena, & publica, quam post annos
triginta octo, & antecessoribus claudibus luerint intel-
ligo. Ante suas quisque dedit poenas, nunc & suas quis-
que, & omnes in communi, perdita republica, & gen-
te excisa. Cum subito in vrbe aliqua grauius pecca-
tur, non statim illa excinditur, sed expectatur emen-
datio, ac cum longa serie maiores improbi fuerint, ma-
nequeadem in posteris obstinatio, tandem quasi com-
plexus iniquitatis euertitur, quod contingit, sine eo-
rum qui puniuntur iniuria, non enim quisquam gra-
uius, quam pro merito puniatur, sed dum omnes
puniantur, definit res publica; quod si maiorum fuisset
vita, melior forte nondum finis aduenisset. Itaq; non
parcite ciuitati iam dudum peccatrici, cui maiorum
respectu parci poterat. Diluuium exiguo tempore o-
mnes abstulit, non omnes tamen grauius puniti sunt,
quam peccatores, qui variis casibus ante cataclysmum
interierunt, sed super eos omnia præcedentium pecca-
ta dicuntur venisse: quia post humani generis inemen-
dabilem malitiam visum est publicam poenam expe-
tere, & delere prauam generationem, ut sequentes
metu poenarum flagitiis abstineant.

QUESTIO II.

Quis Zacharias?

§. 1. **F**ilium Barachia appellat. Coniecturæ incer-
te sunt, ideo brevis ero. Constat insignem a-
lium quem fuisse Prophetam, à Iudeis occisum; alii Pa-
trem Ioannis Baptistæ opinantur, & causas, historial-
que non probabiles adferunt. Alii Zachariam, qui in-
ter minores Prophetas numeratur. Alii Zachariam fi-
lium Ioiadæ. Verum cum primum nominet Abelem,
consecutaneum fuit, vltimum nominatæ, non in alio
intermedio sistere, nam post duos illos Zacharias in
Scriptura nobiles, alii Prophetæ & iusti occisi sunt. De
hac quaestione in libris Regum, & præfat. ad Zacha-
riam disputationes vide.

Adami Conzen in Euang. Tom. I.

VERSUS 37.

Ierusalem Ierusalem qua occidis Pro-
phetas, & lapidas eos qui ad te mis-
si sunt: quoties volui congregare fi-
lios tuos, quemadmodum gallina
congregat pullos suos, sub alas, sed
noluisti?

QUESTIO I.

Quomodo voluit congregare filios Ierusalem?

§. 1. **A**morem erga homines suum similitudine
matris tenerime pullos suos amantis signi-
ficare voluit, ut ostenderet, tam multorum exitia,
non ex se esse, sed improbitate inobedientium
Iudeorum. Voluit ille, sed noluerunt illi; Caluinus
hinc de arcano Dei consilio quicquam colligi negat.
Piscator, de voluntate humanâ Christi, interpretatur.
Bullingerus ex eadem sectâ sed prior, non Christum
modo, sed Deum etiam Antechristi in carne tempora
congregare voluisse fateatur, itaq; etiam de diuina vo-
luntate sermonem esse non negat, Caluinus, *Simulac-
doctrina eius in medium profertur, Deum omnes velle colligere.*
sic & Bulling. non de arcano eius consilio, sed effectu cogitan-
dum. Impia etiam Zanchii est opinio. Ergo alij, inquit, *Hereticorum
placita.*
omnium hominum sunt prædestinati ad Euangelion audiendū,
ideoz, ad salutem consequendam: alij prædestinati ad non au-
diendum, ideoz, ad mortem. At vero Christus se colligere
voluisse, eos noluisse, nullum exclusit, quem colligere
noluerit, cui suum misericordiæ claudere noluerit,
nisi qui in eo recondi noluit. At cur non factum est,
quod voluit? Quia ita voluit, si & illi vellent, suam
voluntatem noluit esse nostræ voluntatis necessita-
tem. Nec à nostra tamen voluntate Dei voluntas pen-
det: sed ea efficax est cum ita per gratiam mouet no-
stram, ut consentiat; ac tum infallibilis est effectus
conuersionis, cum absoluta voluntate beneplaciti, &
vocat, & venire vocatos vult. Qui igitur voluntate an-
tecedente omnes vult saluos fieri, idem etiam omnes
congregare vult sub alas.

§. 2. Hinc luce clarius apparet gratiam sufficien-
tem ab efficaci distingui, qui enim vocati sunt sub a-
las, subire eas potuerunt, sine gratiâ sufficiente non
potuerunt. Quia tamen non venerunt, gratiam effica-
cem non acceperunt. Vide Bellarm. lib. 1. c. 11. de gra-
tia, & libero arbitrio.

§. 3. Hinc etiam liberum arbitrium non modo Bel-
larminus probat, lib. 5. c. 22. & 1. 6. c. 26. verum etiam I-
renæus 1. 4. c. 71. Quid enim clarius dici potuit? Volui
congregare, & noluitis? Certè qui nolle voluerunt,
etiam velle poterant, quod hissi potuissent, non ex-
probraret illis Christus contumaciâ, qua renue-
runt, sed miseriam subleuâget, qua impediti non po-
tuerunt, viresque volendi dedisset.

Liberum vero arbitrium etiam posteriores sectarii
vi veritatis adacti comprobant. Ita Beza lib. 1. qua-
estio. & respon. *autem* nostram voluntatem asserit, &
Amlingus, aliq; quos odiosè idcirco Lutherani Stoi-
ci appellant Synergistas, qui fuere olim primarii Theo-
logi Wittenbergæ, aliorum factione potentiore puls-
i. Eandem ve. itatem recens Arminiani in Hollandia
cum aliis articulis amplexi sunt, ut iam non sit, nisi
cum imperitioribus, & in concepta præcepto-
rum opinione suorum ideo obstinatio-
ribus, controuersia.

De VER.

VERSUS 39.

*Dico enim vobis, non me videbitis a-
modo, donec dicatis: Benedictus
qui venit nomine Domini.*

QUESTIO I.

§. 1. **A** Modo, inquit, *an' apl.* & Syrus *ܡܢܗܡܐ* *men hascha kadma*. Ab eo igitur tem-
pore, quo loquebatur, & quod paulo post seculum
erat, hoc est a passione usque non erant, usque ad diem
iudicii. Quando fideles dicturi erant, benedictus qui

venit in nomine Domini, idque magno affectu, gaudioque, improbi vero tristitia, & malis domiti. Nunc
praesentem salutem contemunt, olim frustra deside-
raturi. Erant qui ante diem qua Ierosolyma ingres-
sus est, haec a Christo dicta arbitrantur, ideoque ad po-
puli illum plausum referunt. Verum constat istam
superioribus continuari, & post ingressum dicta. Vi-
de Augustinum de concord. Euang. & Cyllum hoc
loco, & Theophyl. atque adeo Chrysostomum, qui
ad diem iudicii extremum ista referunt. Hieronymi
commentarii est mystica interpretatio, de aduentu
in animam fidelem. Haec vero minatur, ut pra-
dictionem de Ierosolymorum destru-
ctione veram ostendat.

CAPVT XXIV.

Mar. 13. a. 1.
Luc. 21. b. 1.

Luc. 19. g.
44.
Eph. 5. b. 6.
Col. 2. d. 18.

Ioan. 15. c.
20. & 16. a. 2.
Sup. 10. c. 17.
Luc. 21. c. 11.
Ma. 12. b. 14.
Lu. 21. d. 20.
Dan. 9. g. 27.
Act. 1. b. 12.
Mar. 13. c. 21.
Lu. 17. c. 23.
Luc. 17. g. 6.
Ma. 13. c. 24.
Lu. 21. c. 25.

Ezech. 52.
b. 7.
Isa. 13. b. 10.
Ioel. 3. c. 15.
Apoc. 1. b. 7.
1. Cor. 15. g.
52.
Mar. 13. d. 31.
Luc. 17. f.
26.
Gen. 7. b. 5.
1. Thcf. 4.
d. 17.
Mar. 13. d. 12.
Lu. 12. c. 39.

Apo. 16. c. 15.
Sup. 13. f. 42.
Inf. 25. c. 30.

E T egressus de templo, ibat. Et accesserunt discipuli eius, ut ostenderent ei edificationes templi. Ipse autem respondens dixit illis: Videtis haec omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem qui non destruat. 3. Sedente autem eo super Montem oliueti, accesserunt ad eum discipuli secreto dicentes: Dic nobis, quando haec erunt? & quod signum aduentus tui, & consummationis seculi? 4. Et respondens Iesus dixit eis: Videte ne quis vos seducat. 5. Multi enim venient in nomine meo, dicentes: Ego sum Christus: & multos seducunt. 6. Audietur enim estis praelia, & opinionum praelium. Videte ne turberemini: oportet enim haec fieri, sed nondum est finis. 7. Consurget enim gens in gentem, & regnum in regnum, & erunt pestilentiae, & fames, & terra motus per loca. 8. Haec autem omnia initia sunt dolorum. 9. Tunc tradent vos in tribulationem, & occident vos: & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. 10. Et tunc scandalizabuntur multi, & inuicem tradent, & odio habebunt inuicem. 11. Et multi pseudoprophetae surgent, & seducunt multos. 12. Et quoniam abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum. 13. Qui autem persuerauerit usque in finem, hic saluus erit. 14. Et praedicabitur hoc Euangelium in omni in uniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus: & tunc veniet consummatio. 15. Cum ergo videritis abominationem desolationis, qua dicta est a Daniele Propheta stant in hoc loco sancto, qui legit, intelligat: 16. tunc qui in Iudea sunt, fugiant ad montes: 17. Et qui in tecto, non descendant aliquid de domo sua: 18. Et qui in agro, non reuertatur tollere tunicam suam. 19. Va autem praegnantibus, & nutriendis in illis diebus. 20. Orate autem ut non fiat fuga vestra in hyeme, vel sabbato. 21. erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modo, neque fiet. 22. Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro, sed propter electos breuiabuntur dies illi. 23. Tunc si quis vobis dixerit: Ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere. 24. Surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetae: & dabunt signa magna, & prodigia, ut in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi. 25. Ecce praedixi vobis. 26. Si ergo dixerint vobis: Ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere. 27. Sicut enim fulgur exiit ab Oriente, & patet usque in Occidentem: ita erit & aduentus Filij hominis. 28. Vbi cumq; erit corpus, illic congregabuntur & aquila. 29. Statim autem post tribulationem dierum illorum Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum, & Stella cadent de caelo, & virtutes caelorum commouebuntur. 30. & tunc parebit signum Filij hominis in caelo, & tunc plangent omnes tribus terra: & videbunt Filium hominis venientem in nubibus caeli cum virtutibus multa, & maiestate. 31. Et mittet angelos suos cum tuba, & voce magna: & congregabunt electos eius a quatuor ventis, a summis caelorum usque ad terminos eorum. 32. Ab arbore autem sic discite parabolam: cum iam ramus eius tener fuerit, & folia nata scitis, quia prope est aestas: 33. ita & vos cum videritis haec omnia, festote quia prope est inianis. 34. Amen dico vobis, quia non praeteribit generatio haec, donec omnia haec fiant. 35. Caelum, & terra transibunt, verba autem mea non praeteribunt. 36. De die autem illa, & hora nemo scit, neque angeli caelorum, nisi solus pater. 37. Sicut autem in diebus Noe, ita erit & aduentus Filij hominis. 38. Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes & bibentes, & nubentes & nuptui tradentes, usque ad eum diem, quo intrauit Noe in arcam. 39. Et non cognouerunt donec venit diluuium, & tulit omnes: ita erit & aduentus Filij hominis. 40. Tunc duo erunt in agro: vnus assumetur, & vnus relinquetur. 41. Duae molendinae in mola: vna assumetur, & vna relinquetur. 42. Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. 43. Illud autem scitote, quoniam si sciret pater familias qua hora fur venturus esset, vigilaret corpus, & non sineret profodi domum suam. 44. Ideo & vos estote parati: quia qua nescitis hora Filius hominis venturus est. 45. Quis putas, est fidelis seruus, & prudens quem constituit Dominus suus super familiam suam, & det illis cibum in tempore? 46. Beatus ille seruus, quem cum venerit Dominus eius, inuenit sic factum. 47. Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum. 48. Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo: Moram facit Dominus meus venire, 49. Et ceperit percutere seruos suos, manducet autem, & bibat cum ebriosis, 50. Veniet Dominus serui illius in die, qua non sperat, & hora, qua ignorat: 51. Et diuidet eum, partemq; eius ponet cum hypocritis: illic erit fletus, & stridor dentium.

IN CA.